

et positionis sūm **Aug.** Unde **Hes-**  
**ter.** dicit in figura. **Homo** quē  
 rephōneā et cupit debet in diu res-  
 tib⁹ regis. et impōne quo qui de-  
 sella regis est et accipere regis; dy-  
 adema sup caput eius. **Vestes** ei-  
 regis nostri xp̄i sunt virtutes q̄s  
 etiam **Philosoph⁹** vocatione  
 habi-  
 tus: equ⁹ de sella regis fuit eti⁹ et  
 dyadema regis caritas. **Et** ideo p-  
 hēc tria honorabiles nos faciem⁹  
 apud deum et apud homines: viz.  
 virtutib⁹ penitentia et caritate

**¶ Capitulū. i. ¶ Leditio. 206.**

**I**mp̄is atvsq; in nouissimū fine mia iā super-  
 cēdit. psciebat ei et fu-  
 tuā eo n̄: qm̄ cū ip̄i re-  
 lisi cēdit et pmissent et seduce-  
 rent. et cum magna sollicitudine  
 premisissent illos cōsequebantur  
 illos adūs penitētē. Adhuc em̄  
 inter man⁹ halentes luctum et de-  
 plorantes ad monumēta mortu-  
 oꝝ. aliam sibi assūpserunt cogi-  
 tationem inscientie. et quos roga-  
 tes proiecerant: hos tamq; fugiti-  
 uos psequbantur. **¶ Postq; au-**  
**tor** cōmendauit de sapientiam  
 iuste omnia gubernātem a mira-  
 bili exterminatōne primogēto-  
 rum in egipto. **In** hoc vltimo ca-  
 pitulo cōmendat eandem a tertī-  
 bili subversione egiptiorū i ma-  
 ri rubro. **¶ Et** circa hoc duo facit  
 Nam primo agit de terribili exte-  
 mino in mari rubro. Secundo de  
 multipli patrocino **Hebreos** ēū  
 in deserto. Secunda pars ibi. Om-  
 nis em̄ creatuā. **Et** de istis duab⁹  
 agit alternatim: nūc de patrocino  
 collato **Hebreis**; nūc de extermi-

nō illato egipti⁹ usq; ad finem  
 fibri. **¶ Et** circa hoc duo fiūt. Nā  
 primo agitur de peccatiū graui-  
 maticia. Secundo de pene eo n̄ co-  
 uementi iusticia ibi **Ducebat** em̄  
 illos. **¶ Circa** primū tria narrat.  
 Primo quomodo iusti et imp̄i  
 a deo diuersimode puniebantur.  
 Secundo quomodo maloꝝ scelera  
 presentia et futura a deo nō absco-  
 debantur. **¶ Tercio** psequit q̄ ra-  
 tionabiliter submergi merebant.  
 Secunda ibi. **Preciebat** em̄.  
 Tercia ibi. Quoniam cuī ipsi. di-  
 cit ergo primo sic **Imp̄is** autem  
 ac̄. quasi diceret. **Hebrei** rebeller  
 a murmurantes contra dominū  
 occisi sunt: pro parte per ignis in-  
 cendium: sed non totaliter dese-  
 uit in populuꝝ ignis ille: quia se-  
 datus fuit per pontificis supplicā-  
 tis remedium. Sed certe imp̄is  
 id est egipti⁹ persequuntibus **He-**  
 breos infra marē rubrum absq; re-  
 medio usq; in nouissimū fine mi-  
 sericordia ira superuenit. **Ira** vī-  
 bida iusta consumpti sunt: quia  
 usq; ad mortē. vel usq; in nouissi-  
 mū id est quēlibet: quia null⁹ de  
 illa submersione liberatus est. hec  
 ira superuenit a deo tamq; pond⁹  
 quod sustinere nō possent. Hacō  
 autē huius variis punitionis ius-  
 torū et impioꝝ subiungitur: quia  
 domin⁹ psciebat q̄ ip̄i. **Hebrei** pe-  
 nitentia a se corrigent. et ideo p-  
 citum est eis. **Preciebat** autem  
 q̄ egipti⁹ pdurarent finaliter ob-  
 stinatū. et id promittentibus cor-  
 rectionem pepercit. et pponentes  
 p̄tinaciā extimacōe finali p̄cu-  
 fit. et hoc ē qd dī. **Preciebat** em̄.

futura illorum scelera illorum futura  
si promissi fuissent. Deinde cum dic  
Quoniam cum ipsis promisissent dedica  
rat quomodo rationabiliter merue  
runt submersi propter maliciam que  
dupliciter patuit in exitu filiorum is  
rael de egypto. Nam cujus vidissent  
egipci decimaz plagam qua fue  
rat occisi primogeniti: ascendenter  
a promiserunt: quod filii israel intra  
rent desertum ad sacrificandum  
deo suo: immo compellebant eos ex  
ire. sicut patet Exodi. 33. a tamē  
hoc nō obstante statim displicu  
it eis quod eos promisissent recedere a  
tamquam fugitiuos persequebantur.  
Hoc ergo falsitas a inconstantia  
in aperto suo aggrauat maliciam  
eorum. Item quod ita recente cum  
ad huc erat occupati circa iudeos  
a sepulturam suorum mortuorum  
redierunt ad exercendum maliciam  
am a iniuriā in hebreos a perse  
quendo volentes eos reuocare sa  
tis ostendit eorum maliciam in  
duātam fuisse a eos de bene actis  
non de culpis penitere. Et ideo eos  
submersione mirabili dignos es  
se dicit. Igitur verum est quod deus  
presciuit eos finaliter fore malos  
quod ex hoc satis patuit: quoni  
am cum ipsis egipci reversi essent  
ad corvidelicet ad dei cognitionem  
aliqualem quod permisissent licenti  
ando hebreos ut seducerent scili  
cer de egypto. vel ut seducerent  
id est seorsum ducerent egipci he  
breos inter montes a mari rubrum  
a cum magna sollicitudine remi  
sissent illos scilicet hebreos: con  
sequebatur illos actus peniten  
tie: ipsis scilicet egipciis peniten

tibus de bono pater eos facto hebre  
is. Itis malis egipciis de bono  
opere penitentibus similes sunt  
nonnulli religiosi mali: qui de sta  
tu professionis penitent: ad quem  
perpetuo sunt obligati. Contra  
quos Iheremie. ei. dicitur. Cogi  
taui a non penituit me nec aūsus  
fui. Et ecce quod fatue fecerunt egip  
ci: adhuc inter manus iudicium ha  
bentes id est materia iudicium id ē  
funera suorum a deplorantes id est  
valde plorantes ad monumenta  
mortuorum: aliam sibi assumpse  
runt cogitationem inscientie id  
est per quam facti sunt insipien  
tes a fatui. a quos rogantes pro  
iecerant id: est: eiecerant de egypto.  
hos tamquam fugitiuos perseque  
bantur Exodi. 13. Induravit do  
minus cor pharaonis regis egip  
ti a persecutus est filios israel.  
207  
Circa illam clausulam. In nouis  
simi ira dei superuenit. Notandum  
est: quod ira dei que nichil aliud est  
quod iusta dei vindicta sum Aug. de  
cuius. dei lib. ca. 26. Quatuor habet  
condiciones propter quas merito debet  
formulari. Ira enim dei nō declinat  
virium potestate: nō debilitatē te  
poris tarditate: in plures excitat  
vmitate: nullatenus mitigatur  
sine humiliitate. Prima ergo conditio  
ire dei ē: quod non declinatur virium  
potestate. Ab ira enim hominis pater  
aliq̄s se fortassis abscondere vel sub  
fugere vel resistere: si ira dei nec  
loco metit nec finit tempore: nec virtus  
te trascendit Naum. i. ca. Quis  
stabit an facie indignatiois eius  
a quas existet ire furoris eius. Et pater  
quis nouit potest et a pater tunc dico

quasi diceret. nemo. Probat **Bd**  
**et i.** de solacione metro. q. q. sa-  
piens no habet timere ira curiosum  
q. tiram quantumcumq. seuiat co-  
tra eum. Sapientis enim est facere  
ira ipsius in mente: quia si sapiens  
nihil timeat perdere quod titan  
n potest auferre: nec aliquid pot  
ab eo recipere quo d. tirannus po  
test ei conferre: redit iram tiran  
ni totaliter impotentem a priuat  
eam totaliter armis suis. Vnde di  
cit sic **Quisquis** composito seren  
euo. Et infra. Quid tantu; mi  
seri seuos tiranos mirantur sine vi  
ribus furentes. Nec spores aliquid  
nec pertimescas. Farmaueris im  
potentis iram. Aut quisquis trepid  
pauet vel optat. q. non sit stabili  
lis suiq. iuris. Abiecit dipeuni lo  
coq. motus. Nectit qua valeat te  
hi catenam. Quicunq. homo sic  
hui vite appetit immoderate ho  
nores a diuicias vel abhorret pu  
fillaminter ad aeras fortunae  
talis de suis passionibus a affeci  
onib. facit catenam qua hac a  
silac p amorem vel iram alterius  
trahi possit. Modo si loqui amur de  
eo non possum eum facere sic im  
potentem: non appetendo quo d  
potest conferre: nec p timescendo  
quod potest inferre. Nam beatitu  
dinem: quam potest conferre natu  
raliter omnes appetim. a miseri  
am quam potest inferre naturaliter  
abhorrem. Omnes enim homines  
beati esse volunt. idq. unum ardē  
tissimo amore appetunt. sicut do  
cet **Aug. 13.** de trinitate ca. 14. a  
libi dicit q. nullo modo possum  
velle miseri esse. Ergo non restat

Wobis aliud nisi diuinam voluntate  
explere. ex quo naturaliter ap  
petim. quod sine eo habere neq.  
mus. Secunda conditio ire dei  
est: q. no debilitatur temporis tardi  
tate. Vnde Valerii. libro 1. ca. 2.  
Lento enim gradu ad vindictaz  
fui dei ira procedit a tarditate sup  
plicij gravitate sui compensat Ec  
ca. 16. In gente incredibili erardet  
ira. Fertur de quadam ciuitate  
que bello lassita misit ad quin  
dam principem p succursu habe  
do a vt illi de ciuitate eius animu  
cicius idinarent: exponunt fibi for  
titudinez ciuitatis in muris a tur  
ribus a fossatis: quib. ille pro re  
sponsore remisit. Est ne inquit ves  
tra ciuitas superius cooptata ita  
q. ira dei sup ipsam descendere ne  
queat. Quod si est libeter remiaz  
a defendam vos. Sinautem tra  
ita dei ppter peccata vestra pugna  
re no audeo. In quidam eccl. patria  
in anglia q. Norfolkia nomina  
tuedicat otigisse q. blada in esta  
te pulcherrima creuerant. a ecce  
appropinquante tpe messiu venit  
quoddam gen. muscaru i tanta m  
titudine q. totu bladu intantum  
consumperunt qvix in quinq. mi  
liarioz spacio vn modius iuuen  
iret: hoies de illa patria qsdam de ille  
muscis cepent a diligent spicien  
tes qles eent: q. nūq. prius oile  
viderat: iuenient eas hre bras de  
pictas i alia suis: i una ala scribe  
bat ira: i alia dei: vt manifestum  
eet pte demerita pplividitatem sin  
fuisse. Iux illi **Hes. 2.** Seminaue  
runt triticu a messuerunt spinas: he  
ditate accepent a eis no proderit

**C**onfundimini a fructib⁹ vestris  
pter iram furoris domini // **T**ercia cōditio ire dei est: q; in plures  
excitat ob vni⁹ prauitatem. **N**az  
pter vni⁹ persone maliciā flagel-  
lat deus aliquando vnam magnam  
multitudinem exemplū **E**rodī. **z**i  
**V**bi dicitur: q; tota dom⁹ Abime-  
lech sterilis facta fuit ppter demer-  
tum Abimelech. q; totus popul⁹  
israel ppter peccatum Achor pumi-  
tus fuit. **V**nde dicitur ibi: **N**on po-  
teris stare cōtra inimicos tuos: do-  
nec deleatur ex te qui cōtaminat⁹  
est hoc scelere dicit domin⁹ ad Jo-  
sue Josue. **A**. Propter quod legi-  
m⁹ Phinees dixisse cuidam par-  
ti filior⁹ israel Josue. **z**. **V**os ho-  
die dominum dereliquistis a cras  
in vniuersum israel ira eius de-  
seuet. **N**ōne Achor filius? **Z**are p-  
terit mandatum domini a super  
omnē populum israel ira eius i-  
cubuit. **D**omin⁹ em⁹ aliquādo pu-  
nit vnu⁹ hominem p peccato alteri⁹  
temporaliter s; eternaliter nō. **C**  
**Q**uarta cōditio ire dei est: q; non  
mitigatur nisi p hūilitatem. **N**atu-  
ra em⁹ leonis est non irasci nisi le-  
datur. **P**rostratis em⁹ hominib⁹  
parcere dicitur. **J**uxta illud poeti-  
cum. **P**arcere prostratis sit nobi-  
lis ira leonis. **E**odem modo xp̄us  
nō irascitur nisi Iesus. **V**nde psa.  
62. **N**e irascaris domine satis. q; ne  
ultra memineris iniquitat⁹ nos-  
trarum. **V**nde nota: q; quantum  
cumq; deum offendis si te humili-  
aueris placabis eum. **z**. **P**arat⁹  
**z**. **R**uia humiliati sunt auersa ē  
ira dei ab eis

**L**ectio ducentesima septima.

**D**ebat em⁹ illos ad hūc  
finē digna necessitas. q;  
hōz q; acciderat cōmemo-  
rationē amittebat vt ea q; deerat  
tormentis repleret punitio a ppls  
quidē tū⁹ mirabilis trāsiret. **I**lli at  
nouā morte inuenient. // **P**ost  
q; declaratum est: q; egip̄ij perse-  
quētes filios israel uterantur cō-  
tra eos vñementi malicia. **I**n ista  
pte ostendit oſeqniter: q; statim  
postea submersi fuerūt ex cōueni-  
enti diuina iusticia et primo tan-  
gitur eo⁹ pena. **S**ecundo iphius  
pene finalis causa. ibi **V**t ea que  
deerant. **E**x parte pene dicitur sic  
ducebat em⁹ illos scilicet egip̄i-  
os a psecutores filior⁹ israel ad  
hunc finem: scilicet vt perditare-  
tur i marī rubro: digna necessitas  
id est exigentia culpe: que tales  
mortem meruit. **N**am omnium pla-  
gātū precedentium que eis accide-  
rant obliiti fuerunt ex eo⁹ pma-  
ti malicia. **E**t ideo dicit. **E**t hōz q;  
acciderant cōmemorationem a-  
mittebant. **C**ausa vero final tan-  
git in genere cum dicitur: **Q**ue de-  
erant tormentis repleret punitio  
vid q; deerat plaḡ q; euaserat  
repleret: perfecte oſumaret puni-  
tio usq; ad mortē. **S**ed in specie ip-  
sa causa finalis magis exprimit  
qua scilicet egip̄ij submersi sunt  
in marī rubro. **C**ui⁹ submersiōnē  
duplex ē ratio. **V**na fuit: vt ppls  
dei trāsiret magis mirabiliter. **A**  
lia: vt egip̄ij inusitata morte peri-  
rent miserabiliter. **P**ropterea em⁹  
magis miramur filios israel im-  
pune transisse: cedente illis ma-  
ri: quia ecia videmus egip̄ios

submersos fuisse: unde sup eos de  
 nro redunxerat. a hoc est quo dicitur  
**E**t populus quidem mirabiliter tra-  
 hierat id est per fictum in medio ma-  
 ris. **I**lli autem regipet nouam mor-  
 tem inuenient. **D**ec mors dicitur  
 noua fuisse: non quia multi homi-  
 nes ante submersi fuissent: sed per  
 modum submergendi: quia nu-  
 tri d'rum recipit eos omnes ma-  
 re: stas ab utraq parte sicut mu-  
 rus. **E**t cum omnes submersi fuis-  
 sent: a filij istabel iam lictora atti-  
 gissent diuinitate in aliuez su-  
 um: a omnes egyptios condusit.  
**M**oraliter loquendo sic frequen-  
 ter accidit quod illud quod est mate-  
 ria promotionis in principio: est cau-  
 sa confusonis in termino. **N**udus  
 quandoque cedebat homini in principio  
 fauendo sibi a dabo sibi diuicias  
 a honore: donec fuerit pfecte im-  
 plicatus curia: a sollicitudinibus  
 a superbia seculari: a tunc quan-  
 do credit se esse in optimo statu: a  
 apice sue dignitatis conouet per-  
 turbaciones: a persecutiones deicie-  
 do eum: ut in ps. dicitur. **D**eieci-  
 ti eos dum alleuarentur. **C**irca  
 illam dausulam ducebat enim il-  
 los digna necessitas ad huc finem.  
**N**ota duus est quod quatuor modis  
 communiter homines male ducunt  
 quidam enim abducuntur illecebro-  
 sa sensualitate: quidam premitio-  
 sa familiariitate: quidam temelta-  
 te presumptuosa: a quidam malici-  
 osa severitate. **P**rimo ducuntur  
 quidam illecebrosa sensualitate.  
**H**uius sunt qui non sum rationem:  
 sed sum passionem vivunt: qui non  
 quod honestum: sed quod est de-

lectabile in omnibus queant. Sic  
 ductus est iuuenis ille rex quis  
 mulier irretiuic multis sermonib⁹  
 a blandicijs labiorum pertraxit  
 illum a statim illa: sequitur qua-  
 si bos ductus ad victimā **Pro⁹.**  
**N**arrat Fulgentius primo Mito-  
 logiarum quod cum Admetus rex Al-  
 cebam duxerat in uxorem conti-  
 git Admetum infirmari consuli-  
 it appollinem quomodo possit ab  
 infirmitate curari: responsum est  
 per appollinem quod curari non posset  
 nisi aliquis de suis propinquis per eo  
 moreretur voluntarie. **R**uo intellec-  
 to Alcesta morte sponte subiit: a  
 ad inferna descendit. **R**uo cui her-  
 cules remisset: ut inde cerberus tra-  
 heteret. **A**lcesta copatiens eam ab iuste-  
 fuis libavit. **M**oraliter mēs humana  
 a sensualitas ad iniūcē copulantfi-  
 cit sponsus a spōsa: vir a vero: vir  
 infirmat quoniam cogitat cōib⁹ varijs a-  
 gitat: damat ad deū cū p̄s. **M**iserere  
 mei dñe: qm̄ infirmus sum sana mē do-  
 nō: qd̄ sic orare dele: qm̄ mēs iste  
 mat: v̄cepta hoc ē deū sapie: p̄ oī-  
 sio requere: rūdit at deus per scriptu-  
 ras suas quod ad hoc quod spūs oīse  
 quat salutē vñū de p̄m̄q̄ suis vo-  
 luntariā morte subire: carnē neām  
 voluntariis penitētis mortificare:  
 quia nisi caro moriatur spiritus  
 vitam gratie non habebit. **E**t hoc  
 est quod dicitur ad Romanos 8.  
**S**i sum carnem vixeritis: moriem-  
 mi. **S**i autē facta carnis mortifica-  
 ueritis: viueris. **C**aro mortificata  
 per penitētiā rationabilē tandem  
 descendit ab inferos quādo in terra  
 de quā nata est finalē reūtetur: s̄ p̄  
 herculem v̄nosū p̄ quē xp̄m accipi⁹

in resurrectione generali resuscitas-  
bitur a viro suo perpetuo inuictus.  
**C**aro igit̄ in hac vita ductrix nostra  
esse nō debet vt sim sensuales ille-  
cebras ducamus; sed magis sim  
spiritum duci debeat. **A**d Gal.  
4. **I**pū ambulate a desideria carnis  
nō p̄ficietis. **E**t infra. **S**i spiritus du-  
cim⁹: nō sub lege vñ carnal cō-  
cupis cētie estis: quē lex carnis sit  
ad **Romanos** 8. **V**ideo alia leges  
in mēbris meis repugnantem le-  
gi mentis miee. **T**ercio fuit: qui-  
cā ducitur p̄nicioſa famili-  
aritate. **P**ernicioſa res ē nimia fa-  
haritas cum personis vicioſis. **E**t  
ratio est: quia sicut dicit **Hugo**  
de sancto victore libro suo de arra  
anime. **S**a est vis amoris: vt te ta-  
lem esse necesse sit quale sit illud  
quod amas a cui p̄ affectus in-  
geris in ipſi⁹ ſimilitudinem dilec-  
tionis ſocietate cōformaris. **N**ec  
mīrū: cum sim dyomifum e. cap.  
de diuīis nomib⁹. **A**mor habet  
quādam vim excitatiuam: vni-  
tiam a trāformatiua: que non  
dimittit amatores ſuūp̄ſius esse.  
sed amatoꝝ. **E**t a conditionibus  
illius quez amat potest homo re-  
vissime describi ſi tamen eius con-  
ditiones cognoscat. **V**nde signa-  
ter scribit **Valer⁹ ad Ruphmuꝝ**  
**E**thicum est. **C**ui deſvidet q̄ſi di-  
ceret: q̄ homo videat cui datur bona  
fua. **I**llud bene ē ethicum. ad v-  
tutes morales p̄tinēs ſicut q̄dam  
pars eius pertinet ad v̄tutem libe-  
ralitatis: sed videat cui homo det  
ſeipſum p̄ amorem a familiarita-  
tem ſeu amicabiliem cōmunicati-  
onem a hoc non ē ethicum quiaſi

pars ethice: ſed ethica eſt v̄ta vie-  
tus moralis. **I**ſtud ḡ v̄bum ē fil-  
me iuuemibus imprimēdum. **V**n-  
de quidam ſenex filium ſuū infor-  
mans: ne familiaritatē cum vi-  
cioſo cōtraheret a meretrice dixit  
**T**alem quemq; fore q̄lem ſibi ne-  
dit amore. **T**ermo veridicus aie-  
ipſe fit alter amicus. **Q**uic dicto  
alludens **A**reſtōtiles. 9. **E**thicorū.  
ca. ii. qui dicit q̄ amicus est alter  
ipſe. **Q**uic enim mores venerare:  
cui⁹ amore appetis. **V**nde quidaꝝ  
metrista **Q**uisquis amat ēprobū  
reprobis ſe facit amicum. **S**e ne-  
gat eſſe probum ſe facto clamat  
iniquū. **I**tem **Q**ui tangit pīcem fi-  
git ſe turpi colore. **S**ic tibi ſume  
vicem qui flagras turpis amore.  
**E**t conſequenter explanat ſenex  
quē vocat turpeſma dicte ſic. **T**ur-  
pe tetra cutis nullū faciet noīay. 421  
**S**ed mens pollutiſ faciſ cupiēs  
maculari. **E**t in fine alloq̄ns filii  
ſic odiuit. **E**rgo caue fili turpatos  
erūmine vili. **S**e tu cōſimili turpe-  
ris ſine ſemib⁹. **M**otandū: q̄ **A**reſ-  
tōtiles. 9. **E**thicorū ſoluic tres no-  
tabiles q̄ſtiones ad p̄poſitum per-  
tinētes. **P**rima eſt iſta. **P**onaꝝ  
q̄ aliquis acceptet ad amicicāvi-  
tu bonū qui poſtea mutatur a fit  
malus. **Q**uestio ē v̄trū amicicia  
ad tale ſit diſſolienda. **T**erciā  
q̄ſtio ē iſta dato q̄ ſic v̄tū ſtatī  
amicicia ad tale ſit ſoluenda v̄l  
debet homo expectare. **T**ertia  
q̄ſtio ē v̄trū ad tale ſit diſſol-  
utionē amicicie ſe debent habe-  
re alieius vel familiarius q̄ ſi nū  
q̄ fuſſet amicus. **A**d primam  
queſtioneꝝ respondet **A**reſtōtiles

Dicens dico. **V**nūm est q̄ impossibile ē q̄ talis ametur a v̄tuoso cuius malicia ē manifesta v̄tuoso: quia solū bonum honestū amatur a v̄tuoso. **S**ecundo dicit q̄ vir honestū nō d; amare talēm: s; omnino debet dissoluere amicitia ad talēm. a ratio ē: quia nō est possibile q̄ diu seruet amicitia ad talēm nisi causet aliq̄ similitudo malicie. **A**d secundā questionem distinguit: quia talis qui factus ē matus: vel ē omnino isanabilis sciz q̄ nō potest reduci ad statuz v̄tutis. vel nō. **S**i nō: sic nō debet statim dimittere amicū suū: s; auxiliari ad hoc q̄ ecupet bonos mores. a multo magis debet amicus eū ad hoc iuuare q̄ ad recuperandū diuicias vel pecunia: q̄nto virtus ē manus bonū q̄ substātia tēporalis. **S**i vero sit omnino isanabilis. sicut sunt inueterati dierū malorū: statim debet amicitia ad eū dissoluī. **N**ec ē inconueniens hoc facere: quia nō erat amicus huic vel tali sciz vicioso s; virtuoso. **E**t ideo dicit **A**resto. in eodē ca. q̄ illi qui simulant se v̄tuoso s; amicitia contrahūt cū virtuosis. a tñ sunt latenter mali. sunt magis criminādi q̄ illi qui corrūpunt numismata: q̄nto nobilior est v̄tus q̄ pecunia. **V**nde qui simulant v̄tutes: maligniores sunt q̄ qui singūl falsā monetam. **A**d tertiam questionē respondit: quia a sit disolutio amicitie ppter minore; libertatem in amico. a ppter habundātem malicie. **S**i secundo mō nichil debet homo familiariter exhibe de tali magis q̄ cūcūq̄ extraneo

ānd rationabile ē: q̄ min⁹: p̄ q̄n-  
to eūz decepit a verecūdiam fecit  
**V**erecūdum em̄ est v̄tuoso am-  
cum fuisse vicioso. **S**i primo mō:  
fiat amicitie dissolutio. sicut cū-  
gic de duob⁹ quoz vn⁹ stat in ḡ-  
du remissō v̄tutis a alius pfici-  
gradum itenſum. tunc em̄ nō est  
possibile q̄ pficiens seruet amici-  
tiam ad nō proficiētem fm̄. **A**res.  
quia nō de eisdem gaudent a tri-  
statur: quo d̄ est p̄ rium amicorū.  
**T**unc in tali casu homo debet se ex-  
hibere magis beniuolum ppter p̄-  
teritam amicitia q̄ si numq̄ fui-  
sent amici. Illi vero q̄ insanabiles  
omino fūt: abiciendi fūt omnino  
a cōicatione v̄tuoso q̄ quātū pos-  
sibile est. **N**ec curandū ē: si hō eis  
displiteat: vel offendat: cū v̄tu-  
so semp d̄ esse p̄ rium displicere  
pessimis. sicut dt **Boetii**. 1. de oso.  
psa. 3. **H**oc ē em̄ secundū q̄d est  
v̄tuoso marie cauendū a vitan-  
dū taz ppter os̄tiam q̄ ppter famā  
pniciosa familiaritas ad psonas  
corruptas velfectas. ppter quaz  
multi innocētes i p̄ncipio corrup-  
ti a ab hominabiles factis i bre-  
ui: duci a abducti p̄mo a veritate  
os̄cie a tandem a serenitate fame  
fue: quo q̄ libet dicere potest illis  
**I**herenne. 38. **S**eduxerunt a pre-  
ualuerunt aduersū me viri paci-  
fici qui dimiserunt in cenō a in-  
lubrico pedes tuos a recesserunt a  
te. De hac materia: videlicet de vi-  
tanda societate mala: que ducit  
hominem i vitam vicioram. Lo-  
quitur **Seneca** ad **Lucillum** epis-  
tola decima octaua fm̄ iegros li-  
bros. Sivis inq̄ h̄re p̄guasōs

tuas iocundas commitem tuus ser-  
ua: habebit tibi auacia quod diu a  
uaro soridum et inigeris: habebit  
timor quod diu superbo conuersaberis  
num quod seuicia in tortoris con-  
tum pones: incident libidines ad  
ulterorum sodalicia si velis vicis ce-  
dere longe a viciori expletis sece-  
deret: est Ad meliores traxi. Hec  
Seneca. De talis ergo corruptore a per-  
uerso ductore si Proverbii 16. Vir in-  
qui lactat amicu suu a ducit eum  
per viam non bonam. Tercio quidam  
ducitur presumptuosa temeritate  
quales sunt plerique inexperi adhuc  
qui proprio sensu nimis adherent:  
quia ut dicit Vegetius de re militari  
libro: 3. Imperita rusticitas plura  
permittit a credit se scire quod nescit a  
ideo propter inexperience passio in  
naturis est presumptio. Timiditas  
vero senectutis. sicut dicit Aresto-  
tles. 12. Retorice. Et de talibus bene-  
verificat illud Matth. 14. Ceci sunt  
ad duces ceterorumque. Quartu quidam  
ducitur maliciofa seueritate. his  
sunt potentes a nobiles qui latera  
sua stipant maliciofis consiliato-  
ribus: quorum instigacionibus ad  
inurias varias agitantur: nunc  
ad pauperum deceptions a dep-  
dationes: nunc ad iniurias perqui-  
sitiones: nunc ad iniquas seditiones  
per quas res publica dissipatur: a  
par ciuilis turbatur: a quod prius  
est ecclesia dei pedibus conculeat.  
Et verificatur illud ysaie. 4. ea. ap-  
tere ductus est populus meus cap-  
tivus: quia non habuit scientiam a  
nobiles eius interierunt fame a  
malitia ei: siti exaruit: a est pre-  
pletia tamen de culpa preterita quod de-

vitione futura Latio. 20. 8.

**O**nus enim creatura abi-  
ligio ad suum genus refi-  
gurabatur deseruiens tu-  
is preceptis ut pueri tui custodi-  
rentur illesi. Nam nubes eorum  
castra obumbrabat: a ex aqua  
que ante erat terra apparuit ari-  
da a in mari rubro via sine impe-  
dimento a campus germinas de  
profundo nimbo: per quem omnis  
natio trahuit: que regebatur ma-  
nu tua videntes tua mirabilia a  
monstra. **A**ctum est superius de  
extermino egipciorum mirabilis in  
mari rubro. **N**ic agitur tamen quoniam  
de favorebili patrocino collato  
hebreis in recessu de egypto. **E**t circa hoc duo facit. **N**am primo  
memoratur diuina gubernatio  
**S**ecundo narratur hebreorum exult-  
atio ibi. Tamquam enim equi. **C**ir-  
ca primu duo facit. **N**am primo os-  
tendit in generali qualiter omnis  
creatura famulabatur divina vo-  
luntati ad hebreorum liberacionem  
**S**equendo hoc ipsum manifestat in spe-  
ciali per particularem deductionem ibi.  
**N**am nubes. **C**irca primu sci-  
bus: quod sicut omnis creatura libera  
dei voluntate perducta est de nichilo  
ita omnis creatura divine volunta-  
ti suam operationem vel exercendo  
vel suspendendo per tempore famula-  
batur: a ideo cum deus voluerit i-  
solem et lunam terrahic et motus  
eis fistit: a cum voluerit mundum  
illuminat et motum continuat: si  
cuit miraculose factum fuit tempo-  
re passionis Christi quo ad subtra-  
ctionem: et eciam tempore Iosue  
quo ad stationem et cetera. **E**t

sic est de omnibus alia creatura. a hoc  
 est quod dicit. **Omnis** enim **creatura**  
 ad suum genitum **refigurabatur** reflecte-  
 do se aad suum genitum quod debet. a re-  
 formabatur illius voluntati. **Sicut** enim  
 dicit **Aristo.** 4. metha. ca. de gne.  
**Gen** vno modo dicit illud a quo mul-  
 titudo aliquam sicut a primo generante  
 producitur a secundum modum locum de-  
 us propter dici omni ratione genitum **Apocal.**  
 22. **Ego** sum radix et genitum omnium  
**Ad** hoc genitum omnis creatura refi-  
 gurat et revertendo conformatur. **de**  
**wes** tuis preceptis. **Ad** hoc enim ois  
 creatura condita est: ut conditor suo  
 per omnia obediatur. Et multipliciter refi-  
 gurabatur per benignam gubernatio-  
 nem **Hebreorum.** Et id subdit. **Vt**  
 pueri tui vii famulantes tibi **He**  
 brei: puer enim dicit famulus: custo-  
 diretur illesi. s. in egypto: i maris ru-  
 bro et in deserto. **Vac** autem obiam  
 creature ad deum ad solatium **Hebre-**  
**orum** in specie ali dedarat duplicitate  
 in columpna nubibus que eos protegit  
 per diem ne calore solis comburentur  
 et in excessu maris rubri quo dedit  
 eis via secunda in qua sine impedimen-  
 to gradentur. **Vn** dicit sic. **N**a nu-  
 bes illos castra obubrabat que  
 tria eis fecit **N**a dividebat inter eos  
 a hostes. et pescavit solis ardores et  
 lucebat per noctes. **Ite** quantum ad  
 excessum maris dicit sic. **E**t ex aqua  
 que ante erat. supplex in loco suo. ter-  
 ra apparuit arida. et in mari rubro  
 via sine impedimento et campus  
 germinans de profundo nimio a loco  
 spaciofus et ita securus et amenus  
 per itinere ac si fuisset campus germi-  
 nans. **P**er quem campus siue locum  
 ad modum campi se habet. omnis

statio **Hebreorum** transiuit que ege-  
 bat manu tua. et potestate; viden-  
 tes tua mirabilia quo ad transiuit  
 eius siccio pede per medium rubrum ma-  
 ris: et monstra quo ad submersio-  
 ne **Egyptorum** in illo. **Circa** illam  
 clausum. **A**d genitum suum refi-  
 gatur. **M**oraliter genitum nostre con-  
 siderare debemus quadrupliciter: ex per-  
 te patris: ex parte matris: ex parte geniti  
 manus et ex parte filiorum. **P**ater est  
 deus: mater est terra: genitam sunt a  
 genito: filii sunt opera. **S**eruum igitur in  
 nobis ratione patris nobilitate  
 ratiore misericordia humilitatem: ratione  
 fratrum stabilitatem: ratione filiorum  
 percutientiam utilitatem. **D**rimo genitum cum sum  
 de genite ipsius dei oportet quod simus no-  
 biles: non degnes. **A**c. 6. **F**ecit ergo  
 non omne genitum hominum. **E**t infra.  
**I**gitur cum sumus genitum dei non demus  
 estimare auro et argento: et lapidi  
 sculpture artis et cogitationis ho-  
 minis divinum esse simile. **N**obilitas  
 autem ista non est nisi honestitas mora-  
 lis. **V**nus ois virtuosus est nobilis et  
 generosus et ois viciosus. **G**enerosus  
 est et ignobilis. **E**t id contra vicio-  
 sos gloriantes de sua generositate  
 carnali rationaliter invenit. **B**o-  
 sti 3. de solatone **M**etro. 6. per  
 hanc honestem viciosum esse ignobi-  
 lem et honestem virtuosum nobilem.  
**E**t dicit sic. **O**ne genitum hominem in tris  
 simili surgit ab ortu. **Vn** enim rex  
 omnis pater est qui cuncta ministrat.  
**I**lle dedit phelos radios et cornua  
 lune. **I**lle dedit homines terris et si-  
 dea celo. **V**ic mibris dauidit aios  
 tessa sede petitos. **S**ed mortales fi-  
 bi cunctos edidit nobile gerumen  
**Q**uid genitum et paucos strepitusque  
 si permodia

si primordia vestra. **A**uctoritatisq  
dei spectetis nullus degener extat.  
**N**isi viciss peiora vnuēs deserat or  
tum. **I**n hoc metro qnto Boetius  
dicit pmo q homines siue diuites  
siue pauperes similem habet ortū  
quia anima de dō. **c**orpus autē de  
terra. **S**econdo q de⁹ est pater oīm  
reū tam hominum q aboy. **T**er  
cio dicit q iste pater ē valde no  
bilis; quia omnia pclūxit a omnia  
ministrat tam in celo q in terra.  
Dedit em⁹ a phebo radios a cornu  
a luna. **Q**uarto dicit q fatū ē ge  
ni⁹ a paucis ad iactātiā recitatē.  
**Q**uinto q oīmis v tuosus ē nobi  
lis; sed ille degener efficit qui de  
ferēs dm implicat se vicijs. **D**uic  
to cordat Señ. qre ca. 8. lcois tce.  
**R**ecogitantes igif gen⁹ nostrum  
ex pte patris sim⁹ tales in morib⁹  
vt nō mentiamur cū dici⁹ Pater  
noster a c. **M**ath. 6. ca. sed vt de  
nobis possit veraciter dici illud. 2  
**P**etri. 2. **V**os autem estis genus  
electi; regale sacerdo ciū; gēs scā  
a popul⁹ acquisitionis a c. **S**ecun  
do intelligētes gen⁹ nostrum ex  
pte matris: seruem⁹ humilitatez.  
**T**erra em⁹ ē matei nrā. **f**m **P**bm  
terra ē infim⁹ a ultim⁹ elementū.  
**N**arrat **V**alerij libro 1. cap. 3. be  
**J**unio bruto q cū a ēge Tarquī  
no auūculo suo oēm nobilitatis  
indolem videret extirpari: interq  
ceteros fratres suū qui vegetoris  
ingenij erat interfictū animadū  
teret obtusi se eē cordis simulant  
eaq fallacia maxima v̄tutes rex  
it. **P**rofectus etiā delphos cū Tar  
qm filijs quo s is ad appollinem  
p̄hitū munerib⁹ sacrificijsq ho

notādūm miserat. aūrum dō noi  
ne domi causa cauato baculo idu  
sum intulit: quia timebat ne sibi  
celeste numē apta libealitate oīm  
no tutum nō ēēt. **D**eractis deinde  
mādatis patris appollinem iuue  
nes oīluerunt quisnā ex ipsis ro  
me ēgnaturus videretur. **A**t is pe  
nes eum sup̄ma via vibis nostre  
potestatem futuram. **R**ūdit qui  
ante omnes osculum matris dedis  
set. **T**ūc brutus pīn atq; casu pro  
lapsus de industria se subiecit. **E**  
ramq cōmunem omnī matrē  
existimās osculatus ē. **R**8 taz v  
freum tellūri imp̄ssuz osculū vibī  
libertate Bruto primū in phastis  
locū tribuit. **E**t illo modo moralit  
quicūq ad regnū aspirat celeste  
necessē habet se in p̄senti humilit  
tenere simplices se simulare a ee;  
terrā matrē p mortis recordatio  
ne; osculari vt sciat quilibet cui⁹  
generis sit ex pte matris: quia nō  
est celestis sed terren⁹. a dicat il  
lud **S**ap. 1. **S**uz quidez a ego mo  
talis homo a ex ḡne trem illius q  
primo factus ē. **T**ercio rememo  
rantes gen⁹ nostruz ex pte fratz  
q sunt angelū seruem⁹ stabilitatē  
in bono. **D**icit em⁹ natura hūma  
na ḡmana angeloz. **V**n cū **T**ho  
bias a raphaelē vellet gen⁹ iqui  
rere: respondit. **G**en⁹ queris mer  
cenarij: an ipſū mercenariū q cūz  
filio tuo eat. **S**ed ne forte sollici  
tum te red clam. **E**go sum azarias  
magm **A**name filius. **T**hobias  
respondit. **E**x magno genere es  
tu **T**hobie. 4. **V**erum dixit ange  
lus fm nominis interpretationē  
**A**zarias nāq interpretat adiutor

affiliis gloria dei erat enim adiutor glorie dei. Quādo ḡ recogit⁹ angelos fratres n̄os germanos esse in tanta gloria et nos ad eos nō posse p̄tigere nisi fratrib⁹ nos tris assimilem⁹. conari detem⁹ totis viribus n̄is n̄os ipsos fratres n̄os imitaris signū fraternitatis istius Raphaēl qui a azarias: quem Thobias vici⁹ fra  
trem vocat Thobie. 6. Observo te Azaria frater. Et Thobie. 9. Frat peto te ut auscultes verba mea et angelus ad eū Thob. ii. Thobia frater scis quēadmodū reliquisti patrem tuū ac. Sunt ḡ taz homo ḡ angelus de p̄ntela diuina: sed certe homo multiplici⁹ cum sit triplex cognatio sciz legalis p̄ adoptionē. sp̄ualis p̄ sacramēti suscep  
tionē a carnalis p̄ carnis propagati  
onē. Angeli tantū attinet deo fīm cognacō em legalez: qua p̄ grām sunt adoptati. Homo at attinet deo triplici cognacōne. Legali q̄r ē filius dei adoptiu⁹. 2. Thimo. i. Predestinavit nos in adoptōem fi  
liorū dei. Eciam ē filius dei sp̄ualis q̄a p̄ baptismū nos regenerauit Job. p̄mo dedit eis p̄tatem filios dei fieri. a etiam carnalis frater: quia de nr̄a progenie naturam as  
sumpsit Ad Hebreos p̄mo. Nusq̄ angelos apprehendit: si semen A  
brahe a ideo possim⁹ dicere ange  
lo illud et Machabeorū. Noli pu  
tare gen⁹ nr̄m a deo derelicuz eē

¶ Quarto recordātes genūs nos  
trum ex pte filiorū seruēmus i mo  
rib⁹ utilitatem. Filii enim nr̄i ope  
ra nr̄a fūnt Eccl. ii. Ante mortem:  
ne laudas h̄ominem; quoniam i

filii sūs agnoscitur v̄e id est in  
operib⁹ pfectis sīm glosam ibidē.  
Apocalip̄is. 28. Judicatum ē de  
singulis sīm opera eoz. Et Apoca  
lip̄is. 19. Opera enim illoz sequū  
tur illos. In istis ergo filii serue  
mus vtilitatem: vt sint nobis me  
ritorū ad gloriā a non ad penam  
quod ē quando opus nostrum p  
ducitur a gratia diuina a libero  
arbitrio. Quādo vero pducitur a  
dyabolo carne vel mūdo a libero  
arbitrio ē quasi spuriū gen⁹. Et  
nō potest consequi hereditatez ce  
lestem. a ideo p̄hibetur pontifici  
legis veteris sub figura Levitici.  
7. q̄ non cōmisceat stipe⁹ gene  
ris sui vulgo gētis fūe: quia ego  
domin⁹ qui sanctifico eum. ac.

## ¶ Lectio ducentesima nona.

**D**om̄p̄ em̄ equi depauet  
escam a tamq̄ agni epul  
taue cūt magnificates te  
domine: q̄a liberas tū illos. Memo  
res enim adhuc erant que in ico  
latu eoꝝ facta fuerat. quē admo  
dum p̄ natōne aīalium pduxit e  
ta muscas. a p̄ piscib⁹ eructauit  
fluui⁹ multitudinem ranarū. No  
vissime autē vide cūt nouā creatu  
ra auū: cū adduciū occupia postu  
laue cūt escas epulacōnis. In al  
lo cuīcōne em̄ desiderioz descendit  
illis de mari ortigometra. Post  
q̄ actū ē de mirabili heb reoz gu  
bnacō ē tā in mari rubro q̄ in des  
to. In ista pte agit de ienarrabili  
exultacōe eoūdez in vtroqz loco  
Et circa hoc duo fūt. Nā p̄mo oñ  
dit quō letabant de deliciose z  
mō cuiusdā noui cibi a hoc i loco  
deserū. ibi. Novissime at. ¶ Circa

primum duo facit. Nam primum describitur eorum exultatio per transitus maris rubri. Secundo eraggregatur eorum iuratio ex his que viderat in terra egipci. ibi Memores enim adhuc. Describitur autem eorum exultatio et gaudium sub figura duplicitivis equorum et agnorum. Qui enim de passim bona pascua et agnum in iuventute tenera lasciuie et leticie multum vacant. Conuenientes enim nutrimentum etetas tenera iuuentus tam in hominibus quam in bestiis eauare solet leticiam. Et ideo dicitur de Hebreis. Tamquam enim qui depauerunt et sic exultaerunt sicut equi de passim bona escam. Sic enim dicitur de homine exultante et lasciuiente: pretenda sua pungit eum tamquam agnum exultaerunt qui per corporis gestulationem leticiam cordis ostendunt. Eodem modo loquendi usus est Psalmista describens leticiam filiorum Israel post transitum maris rubri. Mare vidit et fugit ac et sequitur. Montes exultauerunt ut arietes et colles sicut agni ovi. Saltum modum loquitur triusque scilicet tam prophete in psalmo quam sapientis in isto loco concordat. Exultaerunt igitur magnificantes te domine id est te magnificum collaudantes Exo. 14. Cantemus domino: gloriose enim magnificatus est: qui liberasti illos tandem pharaonis potestate quam de via maris rubri. Depauerunt id est audacter et sine paurore se habuerunt sicut equi Job. 39. Exultat audacter et in occursum pergit armatus contemptus paurem: nec cedit gladio. Cosequenter narratur gau-

dium eorum de transitu iialis rubri. Recordabatur enim tunc seponis cum viderent eiscedere aquas maris rubri quomodo aque contra egipcios pugnauerunt et quasi contra naturam aquarum illarum egipcios affligerunt: prebentes eis ranas pro piscibus. Terra etiam exhibebat eis muscas pro utilibus animalibus. Et illa conformatio multum augmentabat leticiam Hebreorum quod perpendebat terram et aquam immiscis eorum resistere et econvenisse eis tam benignie fauere. Et hoc est quod dicit. Memores enim adhuc erat que in incolatu eorum dum adhuc accole egipci fuerunt quod facta fuerant quemadmodum per natione utilium animalium produxit terra muscas Exo. 8. Venerunt mucus genissime in omni domo pharaonis. et pro piscibus in loco piscium exundavit flumen in litore multitudinem ranarum Exo. 8. Ascenderunt rane et operuerunt terra egipci. Circa illam daulizas. Rudeamus dum pro natione animalium produxit terra muscas ac. Notandum est quod multe in primis etiam fuerunt persone solide per vite scitatem. Unde etiam qui fortia animalia Apoca. 8. Animaria requie non habetia die ac nocte dicentia Scis Scis Scis dominus omnipotens. sed heu miseris temporibus loco fructuoso et animalium successerunt muscas volantes per superbiam: sedates per luxuriam mordentes per iracundiam: mugientes per avariciam Sapientie deciso seruo. Illos autem muscarum et locustarum occiderunt mortis et non est inuenta sanitas anime eorum.

**E**odem modo in sancta religione patres p̄mitui fuerunt q̄st bōves ppter maturitatem solide cōuersationis: ppter mugitū sonore p̄dicationis a ppter fissam vngulam recte discrecōis: ac ppter cornua de bite platiōnis. **S**ed iā loco bōum successerunt muse volantes p̄ discursus a euagacōem: sedantes p̄ vitem a scandalosam cōuersacionem: mordentes p̄ malitiosas detractiones a mugientes p̄ suspicioas impactiones. **C**onsimiliter quo ad scolam. Primo p̄ piscib⁹ sūt modo rane. Fuerūt enim antiquitus studentes rimantes a scrutantes taz̄ philosophie q̄ theologie p̄ funda fluuior⁹ more pisciuz̄ p̄scrutantes Job. 12. **V**olatilia celi in dicabant a narrabant ea p̄ sc̄es maris. Distinguuit enī magister R. Odolphus Beluacensis tria genera clericor⁹ sic narrat Geralbus Cabrensis in prologo primi speculi ecclesie. Sūt enim quidam sup seminati: quidā pannosi: quidā passati a massati. Primi ppter missio grāmatice fundamento supedificant varias facultates superficiales nō existētes: statiq̄ imaturi a imperfecti ad magisteriū festrinātes: quibus illud plurimuz̄ cōgrue adaptat̄. Hūmo solo sparsa femina se longe celerius effundunt: a mutate spicas herbule in mamb⁹ aristis ante messis tēpus flauescut̄ a simulatis omnino vacue fructibus emarcescunt. Secundi de singulis scientijs aliquid habent vbiq̄ p̄egrinū nusq̄ mansūti: qui cū nichil existat omnia se ec̄ videtur. Terciū sunt paupres: q̄

litterature solidū fundamentū ceteraq̄ facultatū edificiū cōstruunt interdū incoiuulfū. **N**ec ille. Et tales fuerūt antiquitus p̄sc̄es a studentes. **I**a vero loco p̄sc̄iū surgūt rane garrulantes: saltantes: in luto morantes a aquā turbātes. **G**arrulantes p̄ excessuā loquacitāte: saltantes p̄ nimne expeditionis velocitatem: quia nec plane nec continue: nec ordinate addiscunt: sed anteq̄ sciunt partes saliunt ad artes: a inde de libro ad librum se mouentes: que utilia a difficilia sunt transiliunt: que puerilia sunt secum ferunt. a scolasticos gradus attingunt. In luto etiāz morantur p̄ carnis desideria a aquam id ē scientiam turbant p̄r improprietas misteria. Consequenter ponitur in littera quo modo filij israhel letabantur in deserto pro delicioso conuiuio cuiusdam noui ci bi: quando videlicet iphis desiderantibus resci carnis domin⁹ dedit eis coturnices. sicut exposi tu: fuit superius capitulo decimo sexto. **V**nde dicit sic. **N**ouissime autem videunt nouam creaturā aiūum: non de nouo creataz̄: sed tunc de nouo eis adductaz̄. **D**icit ergo nouissime: ut distinguatur triplex tempus videlicet tempus more in egypto: tempus exitus de eadem a tempus progressus in desertu. Et tunc in hoc nouissimo tempore datum fuit eis comūniūm istud. **A**lioquin appareret falsūz̄ quod scilicet dicitur hic nouissime: quia ipsi filij israhel tardius habuerūt coturnices p̄ manū

**E**xodi .16. Vespere comedetis eate  
nes i mane satiabimini panib⁹  
Sequitur **C**ū duci cupiscentia pos  
tulauerunt escas epulatio mis̄ies  
cas delectabiles carni⁹ quib⁹ vi  
fuerant in egypto: quoꝝ desiderio  
deus satisfecit. In allocutione de  
siderio ꝑ s̄m desideriū eoꝝ quod  
est qđam allocutio apud deū: des  
cendit illis de mari orisometras  
cōtūmꝫ. de quo supra capi .6. in  
principio dictum ē. **L**eo ducē  
tesimadecima

**E**t vexatōes peccatorib⁹  
superueniebāt nō sine ille  
que ante facta fuerunt ac  
gumētis p̄ vim fluiuū. Juste em̄  
patiebātur s̄m suas nequicias.  
Etem̄ detestabiliorē in hospitalita  
tem instituerunt Alij quidez igno  
tos nō recipiebāt aduenas. Alij  
autem bonos hospites in seruitu  
tem accipiebāt a nō solum hoc s̄  
a aliis erat respectus illorū: quo  
mām mūte recipiebant extrane  
os. Qui autem cum leticia receperūt  
hos qui eisdem vi erant institu  
tis seūissimis afflirebāt dolorib⁹.  
P̄cussi sunt autem cecitate sicut si  
li in forib⁹ iusti cuꝝ subitanis co  
operti eēnt tenebris: vniuersisq  
ostīn sui transitum querebat ac.  
**T**enacato p̄ocimo fō hebre  
is a desigta eoꝝ leticia a exultati  
one redit auctor ad explicādum  
de ext̄mimo facto egyptis: ac eo  
tum malitia a preuaricatione. Et  
circa hoc tria facit. Nam primo  
ponit eoꝝ penam. Secundo expli  
cat pene iustum causam ibi. Jus  
te em̄ a Tercio ponitur pena eo  
rum nota vel noua. ibi. **P**ercussi

fūnt. **C**irca p̄imū dicit. Et v̄p  
ātōnes id est p̄ūnicōes superie  
nerūt peccatoribus s. egyptis p̄  
vim flūminum in mari rubro: nō  
sine illis argumētis id est miris  
signis vel argumētationib⁹: q̄  
precesserūt in egypto ad eoz cor  
rectionē. Conseguēter explica  
ta p̄ea subditur culpa q̄ fuit pena  
iusta causa. a dicit sic. **J**uste em̄  
patiebātur illas vexationes fūne  
pūnitiones s̄m suas nequicias.  
Fuit autem tec nequicia speciali  
ter contra plam hospitalitatē; cō  
tra quaꝝ quadrupliciter peccaue  
rūt. Quidaz hebreos in terra egip  
ti non receperūt: Alij vero ipsos re  
cepérūt sed cum mala voluntate.  
Alij vero ipsos receperūt: sed pos  
tea receptos seruitute a alijs dol  
ribus affixerūt. Alij autem non  
solum ipsos non receperūt: imo  
recipientes seūissimis doloribus  
cruciauerūt. Dicitur igitur sic. **B**e  
ne dictum est q̄ iuste pūnieban  
tur. etem̄ detestabiliorē insti  
tuerūt in hospitalitatem iphi egip  
tij: quia inhospitales a crudeles  
erant nimis Quod patet sub dif  
ferentia quadruplici. Nam alijs q̄  
dem ignotos non recipiebāt ad  
uenas qui totaliter erāt in huma  
ni. Alij vero ipsos receperūnt: sed  
bonos hospites in seruitudem acci  
piebānt: in luto a latere ipsos set  
uire cogentes **E**xodi primo. Tē  
tio: non solum hoc fecerunt: sed a  
marissime ipsos cruciauerunt:  
quia a aliis erat rescedens illorū  
id est intentio ipsoē: quia nō  
solum fecerunt illiberabilit̄ a in  
humane in hoc q̄ repauit̄ bonos

hospites seruitute: sed etiam in  
 hoc quod malam habuerunt adeos  
 voluntatem propter hoc solum:  
 quod fuerunt extranei. a ideo dicit  
**R**uomam iunti recipiebant ex  
 traneos // **Q**uarto hoc fuit in eis  
 pessimum: quod si erant aliqui: qui cum  
 leticia receperunt peregrinos natu  
 rali compassione. **I**lli tamen que  
 non receperunt: tales gravissimis  
 doloribus affligerunt. **E**t ideo sub  
 dit. **Q**ui autem cum leticia recepe  
 runt hebreos a alios peregrinos.  
 hos scilicet recipientes: qui a eis  
 dem institutis vnde erant scilicet pro  
 ter deum recipiendo extranos se  
 uissimis affligerunt doloribus &  
 est sensus: quod illi qui statuerunt non  
 recipiendos hospites esse: illi hos qui  
 receperunt acriter punierunt. **S**o  
 sequenter ponitur conueniens a  
 proportionata pena istorum. **S**icut  
 enim **Z**odomite inhospitalib  
 angelos in forma humana a **L**oth  
 receptos in hospicio ignominio  
 se tractasse solebant. a ideo meri  
 to puniti sunt cecitate a tenebris  
**I**ta isti egipci non hospitaliter  
 tractantes hebreos palpabilib  
 tenebris per tribulum puniti fue  
 runt. sicut supra dictum est capi  
 tulo decimo septimo. **E**t hoc est quod  
 dicit. **P**ercussi autem sunt egip  
 ci: videlicet cecitate a tenebris  
**E**ccli decimo **S**icut et illi id est **Z**o  
 domite: quos in detestationem ne  
 phandissimi vicinii a abhomina  
 bilis nomine non curat. **S**icut nec  
 dominus de divinitate epulone eius de nois  
 subtraxit. soli lazari recitare dig  
 nabat luce. **N**on in foribus iusti scilicet  
**L**oth cum subitanis essent coopti

tenebris. **G**enesis decimonono  
**V**nusquisque transitus hospicij su  
 querebat scilicet introitum ostium ipsius  
**L**oth nec iuuenire poterant. **G**ene  
 sis decimonono. **P**ercussi sunt ce  
 citate a minimo usque ad maximum  
 ita ut ostium iuuenire non pos  
 sent. // **C**irca opus hospitalita  
 tis est notandum: quod hospitalitas  
 grata deo quatuor debet habere  
 conditiones: scilicet hilaritatem  
 sine murmuratione; securitatem  
 sine turbatione; saturitatem sine  
 diminutione a pietatem sine ne  
 gociatione. **P**rimo igitur debet  
 hospitalitas habere hilaritatem  
 sine murmuratione. **D**etri quar  
 to. **H**ospitalales inuicem sine mur  
 muracione. **V**ilare in enim se ostend  
 eret miles si rex ad suum maneri  
 um id est hospicium dedimare dig  
 naretur. **B**ed rex noster Christus to  
 ciens hospicio nostro recipitur  
 quocumque qualiscumque in eius no  
 mine receptatur. **V**nde dicit Ma  
 thei. 24. **H**ospes eram a non col  
 legistis me. a ideo cum magna  
 hilaritate recipiendi sunt hospi  
 tes. **E**xemplo Abrahah **G**enesis de  
 cimo octavo. **Q**ui cum vidisset tres  
 viros occurrit eis a adorauit in ter  
 ra. **C**onsimiliter **L**oth **G**enesis  
 septimo. **E**t apostoli **L**uce ultimo  
 coegerunt Christum manere cum eis. ubi  
 dicit **G**losa quod hoc exemplo doce  
 mur quod peregrini non sunt soli ad  
 hospicium venandi: sed etiam tra  
 hendi. // **S**ecundo debet hospitali  
 tas habere securitatem sine tur  
 batione. defendebant enim an  
 tiquitus homines hospites suis  
 sub periculo suo. sicut narratu

in Pollicrato libro. s. cap. 17. **V**bi  
dicitur q̄ cum in curiebat no-  
tam quisquis p̄ quinq; dies hosti-  
n̄ peregrino humilitatis hospiciū  
denegabat. Ob equitatem enim  
hospitibus exhibendam hostis a-  
tiquitus dicebatur: quē nūc dici-  
mus peregrinū. dicitur enim hos-  
tis ab hosti quo dē equare fī  
**Papiā** Cui quicumq; fuerat ihu-  
man⁹ de iure antiquo iniqu⁹ erat  
Quicunq; vero fuisset eis huma-  
n⁹ a piis: e qu⁹ a iustis censeba-  
tur. Exemplum de Loth **Gen. 19.**  
Qui pro hospitibus defendendis  
filias suas obtulit **Zodomit⁹**: q̄  
uis ex perturbatione animi: nō sa-  
no tamē usus consilio hec dixisset  
**Vñ** nec in hoc ē imitandus quia  
non sunt factē a mala vt euem-  
ant bona. Hoc tamē id dicit q̄  
mos erat fideliū hostes id ē hos-  
pites suos ab omni iniuria defen-  
sare. sicut Aḡe in historijs suis di-  
cit. **T**ercio debet hospitalitas  
habere saturitatem sine dimini-  
tione: vt omnia necessaria hospi-  
ti ministrantur. **Vñ** cum levita di-  
xisset semi **Judicium. 19.** Nulla re i-  
digem⁹ nisi hospicio. Respondit  
senez **Galonita.** Ego su⁹: prebebo  
omnia q̄ necessaria sunt tibi: tan-  
tum q̄so: in platea ne manearas Ex-  
emplum eciam ad hoc in finamite  
habemus & **Regum.** & Que dixit  
viro suo **Ammaduti** q̄ vir dei sa-  
ctis ē iste qui transit per nos fre-  
quenter. Faciamus ergo illi cena-  
culum pacuum: a ponamus i eo  
lectulum a mēsam a sellam a can-  
delabrum: vt cum venerit ad nos  
maneat ibi. Istud ē contra non-

mallos: q̄i securiūt hospitibus su-  
is pulchris urbis tantum: a de-  
peiori potu quē habent in domo  
appimant illis. **Q**uarto hospita-  
litas debet habere pietatem sine  
negociatione: vt pro diuino amo-  
re: nō pro nūmo vel lucro hospes  
admittatur: tales enim receperunt  
mercedem suam ad **Hebre. 14.** Ca-  
ritas fraternitatis maneat in vo-  
bis. a hospitalitatē nolite obli-  
uisci. **E**contra qui recipit q̄tuor in  
se seruet: scilicet vt sit cōtentus p̄  
acceptationē: sit hospiti gratus  
p̄ gratiarū actionē: caueat in do-  
mo dominationē: nec nimis ver;  
amicū p̄ frequentationē. **P**rimo sic  
cōtentus p̄ acceptationē a grata-  
ter accipiat q̄ spontanee conser-  
tur. **H**anc caritatem xp̄us docuit  
discipulos suos **Luce. 10.** In eadē  
domo manete edentes a bibentes  
q̄ apud illos fūt. **Vñ** dicit quidā  
metrice. **C**ū tibi p̄bem⁹ letō vultu  
q̄s h̄em⁹. **Q**s tibi sic gratis accipe  
sitq; sati. **Vñ** recitat **Gen.** q̄ So-  
ctes cū hospites suos satis tenui ce-  
na sustipere pareat: astus ei hoc i-  
pparet. n̄ dicit. **S**i boni sint eq̄ni  
mit ferent: si malū turbabunt. **S**a-  
cudo sit hospiti suo gratus. sicut  
narrat Dares frigius de bello tro-  
yanō q̄ **Teleph⁹** ip̄ebiuit sociū  
suū **Achille:** ne regē **Teuc̄ez** occi-  
deret: memor q̄ cū patre suo **Her-**  
**cale** oīz apud **Teucratē** hospita-  
tus fuisset **Ite** **Gen.** libro & de būfi-  
cīs narrat q̄ miles inḡtus hos-  
piti stigmatib⁹ insignit. **R**uere su-  
pra in ea. 16 in fine **In** libro ecclē-  
asticæ histore narrat q̄ cū **Gre-**  
gorius ep̄s virgente t̄pis a pelle

affigūstia in alpibus in fānū apol-  
līnis dinetisset a sacerdote licet p-  
phano officiofissime est receptus  
**P**ost cuius digressum accessit sacer-  
dos ex more poscere cōsulta a rīsa  
**S**ed nulla responso veniebat. **T**ē  
iterum a iterū sacerdos viātmas ē-  
petit: nichilomin⁹ semper silenciu⁹  
permanebat. **C**umq; sacerdos stu-  
pore estuaretur: in somnis dōmō af-  
sistens dixit se nichil posse. **P**er cū-  
stanti causam ayt **P**er aduentuz  
**G**regorij esse expulsum. a cum per-  
quiret sacerdos quid tunc reme-  
di⁹ daretur. **A**yt Non aliter sibi in-  
gredi licere nisi greg⁹. admitteret  
**R**ubus audit⁹ sacerdos securus  
est beatum Gregorium: ad eumq;  
perueniens rem pauidit ex ordine  
humanitatis sue a hospitalitatis e-  
um admonuit: querelam expulsi-  
numis exposuit: adeptam facul-  
tatem sui questus deplorat: ac red-  
di⁹ sibi omnia ad pristinum statu⁹  
deposit⁹. **S**cripsit Gregorij episto-  
lam in hec verba dicens Gregorij  
us apollimi. Permitto te redire ad  
locum tuum a agere que consueisti.  
**Q**uaz cum sacerdos posuisset iux-  
ta simulachrum: affuit demon: re-  
ponsa poscēti. **Q**uod iste admirās  
a dicens penes se q; Gregorij ma-  
ior erat isto. **C**lausis ianuis Pha-  
mī adiūt Gregorij: a prostrauit se  
ad pedes eius rogans ut illi se deo  
offerat cuius virtute Gregorius  
dīs gentium imperabat. **R**ūi cum  
instetisset cathecuminus factus ē  
ab ipso a postea baptisnum con-  
secutus intantum vite merito ac fi-  
dei virtute p̄fecit ut ipse beato gre-  
gorio in episcopatu⁹ successit. **L**au-

**s**anda est et̄go hospitalitatis face-  
dotis infidelis. veneranda sāctitas  
p̄fificis mirifica & pietas saluato-  
ris sacerdotem iustificantis cōmē-  
banda. **T**ercio caueat hospes ni-  
miam dominationem in domo vel  
familia sui hospitis quin immo dō-  
mino dōmus obtemperare studeat  
diligenter. **E**st enim nimis rep̄ten-  
sibile si ordinationē dōmini dōm⁹  
hospes presumeret reprobare: cum  
teneatur omnia obseruare que dō-  
minus dōmus ordinauerit. **J**uxta  
illud metricum. **C**um facis ingre-  
sum studeas sic esse modestus. **V**e  
post dōcessum de te fit rumor hono-  
ratus. **Q**uarto caueat nimiam fre-  
quentationē m. **J**uxta illud Pro-  
biorum vicesimo quinto. Sub tra-  
he pede; de domo proximū tui: ne for-  
te faciat uis oderit te. **E**t eodem mo-  
do propter eādem causam caueat  
magnā morā cū hospite suo cōtra-  
lēdā p̄p̄ familiaritatē nimia: p̄ quā  
i ipsi⁹ cōceptū facilē cadē possit. **S**e  
cūdo cōsiderādū ē q; hospitalitatis q̄  
tuor sunt emolumenta. **N**a; primo  
disponit ad dei cognitionem: con-  
sunt temporalium multiplicacōne:  
excludit diuinam vltionem a me-  
retur dei a angelorum susceptionē  
**D**e primo exempli **L**uce vltimo  
de duobus discipulis qui cognoue-  
runt deum in fractione panis. **S**ic  
nonnumq; diuina cognitio alicui  
infunditur occasione viri sancti i  
hospicio suscep̄ti. **D**e secundo pat̄z  
tercij Regum tricēsimoseptimo de  
vidua que Heliā suscep̄t hɔsp̄i-  
cio suo cui farinula non deficit nec  
lechitus olei minutus est. **D**e ter-  
cio p; ut habetur. Iohue septimo.

**S**ola Raab meretrix viuat eo q̄ exploratores hospicium recipissem. **D**e g. Mat̄.10. Qui vos recipit: me recipit. et ad Heb.13. Hospitatem nolite obliuisci. Per hāc em̄ quidam placuerunt angelis hospicio receptis. sicut Abraham Gen.19. Fertur q̄ quidam senatori sibi castum construxit pulchritūm sup cuius ianuam sic metrisce scripsit. **D**ecretum detur: ne dormiat aut epuletur. **H**ic gens vulnara s̄ achilles plato dyana. Intendens p̄ hoc ordinare q̄ nullus ad illud castum ad hospicium vel prandium reciperetur nisi eēt miles vel p̄b̄s aut domina nobilis. **C**ui xp̄s appauuit in sompniis a ait Me a meos a castro tuo conatis excludere ppter quod a te a castro meo quod celum est debeo iuste priuare. **C**um ḡ senatori iudiciale eēt accepturus sententiā amīpo fuit se supplicans mater dei. a obtinuit senatori vite sue plongacō nem a precepit sibi q̄ verbibus illicis sic dictatis deletis a hospitali tati deuote se daret a dixit sibi sic. **M**uta decretū; si sanctoꝝ hiscipe cētum Nudum martinū iacobū laziū pegrinum. **L**ectio.24.

**I**n sonū **S**e em̄ elemēta dū conūtūtūr: sicut in organo q̄ūtatis son̄ū imutatur et omnia suū natūrā custodiunt. **V**nde estimari ex ipso certo vñi potest Agrestia enim in aq̄tica conūtebātur et quecumq; erant natantia in terra transibāt. Ignis i aqua valebat supra vñtutem suam et aqua extinguebāt nature obliuiscerat flāme ecōtrario coruipiblū am-

malū nō refauerunt carnes coābulantium nec dissoluebāt illas q̄ facile dissoluebatur. sicut glaci es bona escam. **R**eprobata crudelitate in hospitibꝝ egipcionꝝ et ostensio q̄ digne p̄ illa inhumanitate fuerunt peccati tenebrarū; certate In ista pte redit auctor sat abrupte tractando de diuina potestate in operādo miracula p̄ filiis israhel in transitu maris rubri et in itinere p̄ desertum. **D**ixit em̄ superū in isto capitulo q̄ omnis creatura reflectebat se quadam mō applicato cursu nature ad obediebūm diuine voluntati circa gubernationem electoꝝ p̄ suo p̄illam eādem cōfusionem p̄tractat in lecture hodieena. **E**t ea hōc duo facit: quia primo dedarat obedientiam creature tam in elementis q̄ in elementatis in generali. **S**ecundo applicat obedientiam illam ab ies gestas in speciali. ibi Ignis in aqua valebat. **C**irca p̄imum hōs facit: quia primo ostendit q̄ licet elementā tunc recesserunt deo inbente a nature sue confundie: non tamen recesserunt ab armōnicē dispositionis habitudine. **S**ecundo dedarat quomodo animalia inter se quadam noua vicissitudine suas p̄petuates cōmunicauerunt. ibi Agrestia em̄ dicit ḡ primo sic: q̄ sicut organis at in quocumq; instrumento musicō efficit armōniam ex dissaſtione et moderatōne cordarum iāx sciam artis sue et pro libi to voluntatis sue facit eandēz modam: modo reddere acutum sonū modo graueni. et tamen semper p̄. 4.

secundatur bona armonia a consona-  
 tia delectabilis in operatione sua  
**E**odem modo deus virtutur pro volu-  
 tate sua elementis a ceteris creatu-  
 ris ad beneficia electorum a suppli-  
 cia reproborum pro libito voluntas  
 sue. a tamen hoc non obstante  
 consonantia armonica que est in  
 elementa non dissoluitur. **D**icit er-  
 go per similitudinem. **D**um elemen-  
 ta in se conuertuntur id est dum ele-  
 menta suas virtutes mutant vel in-  
 termittunt. sicut in organo quocun-  
 que musicali qualitatis sonus per palage  
 et qualitas soni imutat per voluntate  
 organisatis. a via elementa suu so-  
 nū custodunt quo ad universalem  
 modulacionem: ita quod sicut non tolli-  
 tur melodia per mutationem sonorum  
 in diversis cordis instrumenti. **I**  
 ta nec in elementis tollit eorum por-  
 tio a armonia propter inabiles ope-  
 rationes quas deus facit per ea. **N**on  
 enim deus condidit creaturā sibi con-  
 traria: sed sue voluntati conuentane  
 am. **V**nde de quo facto estimari  
 ex ipso certo vobis potest quod non ex  
 consueto usus naturae: sed ex voluntate  
 conditoris ista fiebant. sicut in spe-  
 ciali statim declarat Agrestia enim  
 a homines et alia animalia i aqua-  
 tica conuertebantur id est ad mo-  
 dum piscium aquaticorum in fundo ma-  
 ris ambulabant. et quemque erat  
 natantia ut rane in terra transi-  
 bant. hoc quantum ad animalia  
**R**uatum vero ad elementa: ignis  
 in aqua valebat supra virtutem suam  
 id est ignis mixtus cum gran-  
 dine de celo veniebant: nec ignis  
 aqua: nec aqua ignis impedibat  
**E**xordinon. **V**nus subdit. Et aqua

**E**xtinguentis natute obliuiscer-  
 tur id est non extinguebat ignem  
 cum quo de celo veniebat. sicut ex-  
 positum est capitulo. **i**6 **C**onsequen-  
 ter subdit effectus inabiles domini  
 ne gubernationis in speciali qua-  
 tum ad elementa. **V**bisciendū  
 quod flama siue ignis duplē ha-  
 bet virtutem in duplice materia.  
**N**am flama naturaliter comburit  
 siccum et dissoluit humidum co-  
 gelatum sicut in glacie. **S**ed fuit  
 mirabile quod flama deo volente eci-  
 tam passius approximata neutru-  
 torum fecit. **V**nde subdit **F**lame  
 ectotario et contra naturam suam  
 non regauerunt carnes inflamabi-  
 les corruptibilium animalium et  
 ambulantium per desertum. et po-  
 test intelligi de serpentibus igni-  
 tis quos corpora non fuerunt con-  
 sumpta per flamam in eis conten-  
 tam. **V**el de hominibus qui per ser-  
 pentem eneum insperissent. **V**el  
 de animalibus. vel de iumentis  
 que non ledebantur per illos serpen-  
 tes ignitos. **N**ec flame dissolu-  
 bant illam bonam escam scilicet  
 manna que cum facile dissolueba-  
 tur sicut glacies ad calorem ignis  
 sicut supra dictum est capitulo. **i**6  
**S**ed dubium est de eo quod superi-  
 us dixit: quod quecumque erant natu-  
 tia in terra transibant. **V**niuersaliter  
 enim loquitur. et tamen non legimus  
 quod pisces in terra transibant. **D**ic  
 domini: quod pisces erat mortui exo. **A**.  
**P**isces qui erat in fluvio mortui  
 sunt et per pisces erant aut flui-  
 ras. **V**nde non erat alia tunc natu-  
 tia nisi rane Lectio 212

**I**n omnib⁹ enim magnificasti populum tuū domine et honorasti a non desperis. In omni tempore et in omni loco assistens eis. Postq; auctor huius libri a capitulo decimo inclusu: iustum ostendit tam circa bonos q̄ circa malos gubernacione. In hac fāli daufula exurgit auctor in gratiarum actione; pro beneficiis iustis et magnis ostensis populo hebreoz. Regratiatur autem de tribus magnis beneficiis: viz de immitoz subiectione; de miraculorum pro ei⁹ ostensione de insidente sue bonorum voluntatis cōtinuatione. Quātum ad primū dicit sic. In omnibus enim magnificasti. Magnificasti specialiter in hostiū destructione et eoz liberacōe. Per hoc enim factus ē ist⁹ magnus in terra q̄ populos viceuit. et eorum eras possedēt. **I**tere. u. Magnificati sunt et ditati: mercassati sunt et impinguati. et honorificasti in miraculorum oīfione. **D**oc enī mirabiliter cesseret ad honorem populi illius q̄ deus p̄ eis tāta miracula fecit sicut supra patuit de plagis egipciacis. sicut etiā patuit de statione solis tempore Jofue et etiā de eiusdē regressu tempore ezechie. Et de multis alijs ppter q̄ popul⁹ iudeorū honorabilis videbatur: ut i Psalmo Honorable nome eōrum coram illo ac. Et sequitur diuinis affectionis in sublimando populū in deficiēs continuatio et quantum ad tempus et quantum ad locum. **V**nde dicit Non desperisti eos: videlicet contemnendo: etiā cū tibi peccassent licet eos deinceps flagel-

laueris. tamen eris assistens illis in omni tempore: etiā in tempore tribulacionis sicut i Psalmo Clamauerunt ad dominū cum tribularentur et de ne. e. li. e. Et in omni loco Act. 1A. Non enim longe est ab unoquoq; nostrum. In ipso enim viuim⁹: mouemur sumus. **C**irca illam daufulam Magnificasti populu tuū domine Notandum est q̄ quatuor genera peccatorum magnificant seipso. et quadrupliciter deus magnificat suos electos. Magnificant enim seipso quadruples homines in hac vita: videlicet iactatores p̄ positi: factores dolosi: p̄ quisitores pecunia et peccatores mōstruosi. Primo q̄ magnificant seipso iactatores pomposi. H̄i sunt q̄ sibi inde dose attribuit grās q̄s ū h̄i ut q̄s h̄i n̄s extollūt. H̄i sūc q̄ sibi cōmēdatores cōducit ut de eis talia diuulgēt q̄lia i ore p̄ prie credibili a forte nō eēnt: h̄i sūc qui sp̄ento testimonio p̄ prie osc̄e viuūt cōfidentes i amicis de sola excellētia laudis alienē. **I**adātia non ē viciūm laudis humāe. sicut dicit **Augusti**. it. de ci. di. c. s. h̄ e viciūm ad p̄use amātis laudē humanā: sp̄ento testimonio p̄ prie osc̄e. Tales sūc nōnulli milites et armigeri q̄ strēnuā facta de ipsis cōtingunt ut aētribuāt sibi metip̄sis q̄ p̄ alios gesta fuerunt. Tales etiā sunt non nulli pseudo philosophi qui sibi arrogāt et attribuit labores aliquoz q̄stiones tractat⁹ et op̄ilacōes studiosoz q̄s vir intelligūt i q̄b⁹ n̄ h̄i p̄puz n̄ q̄ p̄i⁹ cōficit clia q̄ fuerat ab auctōlo op̄ilata q̄s sūt

ille **Fidentius** qui tñm lepide deuidet  
Marci alio coqu<sup>9</sup> epigrammati; li-  
bro pmo. **Iste** **Fiden**<sup>9</sup> libro s q<sup>s</sup>  
Marcialis ediderat dum recetes  
erant subripuit a discipulis suis  
legit. a tamē eos pfecte nō intelle-  
rit. **Reptel** redens g eum sup hoc  
Marcialis sic scribit. **Rue** **recitas**  
**meus** **estd** **Fidentine** **libelli**? **Sed**  
male dūm **recitas** m̄cipit eē tuūs  
**In** istud quod maioratur p rae-  
fationem a illud quod maiorat  
p augmentacionem differentia ē  
quia illud quod rarefit acquirit  
maiorem quātitatem a occupat  
maiorem locum q̄ pri<sup>9</sup>. a tamen  
nō plus est in s̄bna de raro q̄ suit  
in denso pri<sup>9</sup>. **sicut patet**. & **Phisi-**  
**co** & ea de vacuo. **Sed** istud quod  
realiter augmentatur crescit tam  
in s̄bna q̄ in quātitate a maiorez  
locum tenet a plus habet de s̄bna  
q̄ pri<sup>9</sup> habuit. **sicut patet**. 2. de ai-  
ma & primo de generatione & co*2*  
ruptione. **Et** isto modo moāliter  
est de istis ambicioſis scolarib<sup>9</sup>  
qui p solas cōmendacōnes loci  
rum nōmen derici ſibi querunt.  
a acquītūt statim a locum maiore  
in p mentosas iactatias licet in  
digne. **De** pfectione tamen scien-  
tie nō plus halēt q̄ pri<sup>9</sup> **Alier** at  
est de addiscētib<sup>9</sup> ſolide & de h̄ijs  
qui iactacie viciū phorescant.  
**Nij** enim ſicut crescunt in honores  
a ſtatus ſublimacōne: ita crescūt  
in valore a ſcientie augmentacōe  
**Tales** e igo iactatores male mag-  
nificant ſem et ipſos. Iphi em̄ ſūt  
qui magis amāt: vocari rabbi q̄  
eſſe: magis amant appare ſapi-  
entes q̄ eſſe. Amāt honores; fin-

gūt labores: appetūt fastigium &  
necūt fundamētū. De quib<sup>9</sup>  
dicit **Mat.** 12. **Dilatant** philacte-  
ria ſua a magnificat ſimbrias &c  
Et p istis rogādum est cum **P̄s.**  
Diſperdat domīn<sup>9</sup> vniuersa fabia  
dolosa: lingūa magniloquā. **Rui**  
dixerunt lingūa nūt; magnifica-  
bim<sup>9</sup>. a iterūn **Vt** nō apponat ſe  
homo ultra magnificare ſup etaz  
**¶** Secundo ſe magnificat vicioſe  
ſimulatores dolosi: vt ſunt adul-  
tores qui magnificat alios ut eō-  
uerſo magnificent eos. Nam per  
hoc q̄ alijs adulantes: eos mag-  
nificant ab eis econtra magnifi-  
cari ſperant. **Vnde** iactatores & a-  
dulatores ſemper ſunt amici. **Eſt**  
emīn adulator quāſi ſpectaculum  
ſuperbi. **Senes** quoꝝ oculi incipi-  
unt caligari habent instrumentū  
quod dam quod vocatur ſpectacu-  
lum ſive berillus: quod tenet in  
oculum & litteram quā volant la-  
gere & tunc ſtatim littera que eſt  
in ſe valde gracilis appaēt grossa  
pter densitatē lapidis transpa-  
rentis que ē in illo instrumento  
p cuius medium tranſit littera  
ad oculū hoc ē multiplicat ſpeci-  
em ſuā. **Iſto** mō ſtingit aliqñ q̄  
hō qui patu<sup>9</sup> ē a humiliſ patu re-  
putat de ſeipſo: ſed ſi accedit vñ  
adulator attribuit ſibi grās & v-  
tutes mirabiles quarū forſan nul-  
lā h̄z a ſialiquā habeat: illā mei-  
daciſ extēdit & apliat. & ſtatim  
paup qui de ſe nichil estimabat  
incipit qualis nō eſt reputare. ſi  
aut dicit **Seneca** in epiftola ſecū-  
da. **Incredibile** eſt q̄ magnos vi-  
ros dulcedo abducat oſtehomis

Et alanus de planctu latitute dicit  
sic **P**ro modo pestilentia percutiuntur  
principum laterales Palatini canes  
**A**dulatores artifices Fabri laudis  
**F**iguli falsitatis. **H**ij sunt quod magni-  
tudo mendaciorum tuba in diuturnitate  
breviter citharistae. Qui mellite adulatio-  
nis fauor foris emittunt: qui ut e-  
mungant munera caput diutinis ole-  
o adulacionis vnguit. Prelato et au-  
ribus puluaria laudum subiectum  
qui ab eorum palliis: aut fidicium  
puluarem excutunt. Aut vestes so-  
phisticis deplumatis plumen. Et infra  
**A**dulatores: a voluntate vultu: ab  
aio verbu: a mente lingua: ab intel-  
lectu loquela. Ample dissensionis  
intervallo dissimilant: plenusque exteri-  
us placabiliter applaudendo collau-  
dunt quos interius contradictionis  
deffisione defraudant: foris vultu ap-  
plaudunt virgineo: intus scorpi-  
onis pungunt aculeo: foris melli-  
tos copiulat imberes adulacionis:  
intus detractionis euomunt tempes-  
tates. **P**ecille. **C**ontra istos magifi-  
catores dicit **Ecclesiastes** 10. **S**ila diutum  
horatorum a paupertate timor domini est.  
**N**oli despicere hominem iustum paupe-  
rem a noli magnificare vitium diuitez  
poterem. **T**ercio viciose se magnifi-  
cat prequisitores pecuniosi qui di-  
latant horrea sua pecora a armata  
a familiâ multiplicat a supuatuas  
habitaciones edificat. **S**ic magnifi-  
cat fuit Ihabal de quo pri. **He. 12.**  
**H**omo ille magnus nimis erat di-  
ues a durus: pessimus a maliciose  
**T**alis aliquando fuit **Salomon** qui  
dicebat **M**agnificabo opera mea:  
edificavi michi domos a plantavi  
vineas; feci ortos a pomaria a

seu in eis dimidi gentiles ait bores:  
**Ecclesiastes** 2. **D**e ista magnitudine exca-  
sat se **P**ro. **N**eq inquit ambulauit in  
magnis. Quarto viciose se magnifi-  
cat peccatores monstruosi **N**atura  
littere enim quando in aliquo in dividu-  
duo magnitudo nimia reperitur. et  
quando in uno dividendo dixerit spe-  
cies concutuntur: dicitur monstrum  
in natura. ut si viuum dividendum  
esset in parte porcus a in parte bos  
merito dicaretur monstrum. **E**t quod  
species ille magis distarent sum  
perfectionem nature: tantum magis  
vno nature eorum mirabilis appa-  
raret. **V**nde turpis monstrum es-  
set compositum ex boue a homine:  
que compositus ex boue a asino. **M**o-  
raliter Peccatores dicuntur multi-  
pliciter monstruosi. quia vel excessu  
sua magnitudine viuis peccati  
vel ex aggregatione magnorum  
a grauium peccatorum secundum speci-  
em distinctorum immo quasi con-  
trariorum. **S**unt enim quedam vi-  
cia que quodvis non sunt contraria  
proprietatum tamen ut communis  
ad diminutionem alterius augen-  
tut. **S**icut superbia a luxuria non  
sunt viae contraria quia non sunt  
eiusdem generis cum naturaliter  
luxuria habet ex sua feditate conti-  
pere superbiam. **V**nde persone me-  
tum date lubricitati inueniuntur  
communiter sociales a non mul-  
tum superbi. **S**imiliter superbiam cor-  
rumperit luxuriam ex sui nobilitate  
**S**unt enim nonnulli ex indignati-  
one superbie: luxure feditate; detes-  
tantes. **S**i igitur aliquis inueniat  
quod ex una parte sit lubricissimus a im-  
mobilis a ex alia parte superbissimus

talis debet monstruosus reputari  
ut poterit qui est homo per naturam, te-  
mon per superbiam et taurus per luxu-  
riam. Et talis assimilat Amotan-  
ro filio Phasiphes uxoris Noe is:  
que ipsa de Tauru conceperit: mar-  
to moratur in bello et iste minotau-  
rus fuit semellos et seminuit. Unde  
aperie verecundia; sui generis exco-  
gitauit Dedalus labyrinthum in  
quo minois vitam finivit. Talia  
eciam monstra modernis temporis  
habentur. Eodem modo monstru-  
osus peccatori occidi debet ciuitates  
ut vi; vita ciuii priuetur vel in la-  
borinto perpetuo conseruetur. De talis  
turpiter magnificatio dicit dominus per  
propheta Iohannes. Visitabo super fruc-  
tum magnifici coram regis assidue.  
Assur interpretat arguens vel co-  
vincens et talis arguit vel contici-  
tur a seipso et Iheron. Argueret te  
malicia tua et increpabit te. Secun-  
do nota quod deus magnificat homi-  
nem multipliciter; vi; Producendo  
curiose; redimendo copiose; iustifi-  
cando gratiose et beatificando glo-  
rioze. Primo: productio hominis  
ostendit hominem magnum esse a  
pud deum. Cum quadam enim curio-  
itate producatur quando dix-  
it deus Faciam hominem ad ima-  
ginem et similitudinem nostram.  
Gen. 1. Job. 1. Quid est hoc quia  
magnificas eum? Secundo mag-  
nificat hominem; redemptio copio-  
sa: ut merito Christus dicere possit il-  
le. Regum. 26. Magnificata est ho-  
miae anima tua in oculis meis. Ter-  
tio magnificat deus hominem ius-  
tificando gratiose. Arguit enim mag-  
num precium hominis quod deus non

vult eum perdere: eciam si sit dignus  
redi. Ad Rom. 8. Quos autem iustifi-  
cavit illos et magnificavit. Esto  
magnificat hominem premia-  
do gloriose: dando homini semet  
ipsu. Primum Regum. 26. Magnificat  
anima mea in oculis domini et libe-  
ret me de omni angustia: quo d  
nobis concedat qui sine fine vivit  
et regnat. AMEN.

*Explicit postilla fratris Roberti  
de Holkote sup libro sapientie.*

**O** iusti meditabunt sa-  
pietiam Psalm. 36.  
Omnis sapientia sua  
humanitas adiueta  
sua divinitus inspirata tam in doc-  
tore quam in auditore abilitatem re-  
quirit ydoneam iuxta ipsius scientie  
qualitatem. Nullus enim quantumcum  
quod dicitur naturali ingenio nisi abili-  
tetur perficiat ad quantumque faculta-  
tem. Hinc est quod pueri ad mathe-  
maticam et ad logicam: adolescen-  
tes ad physiam: senes vel iam pue-  
ri ad Ethicam aptiores creduntur.  
Et hoc est quod dicit Aristo. per modum E-  
thicorum et animalium ubi dicit quod iuuenies  
non est prius auditor Politice et  
Ethicorum et animalium dicit quod aliquis po-  
test esse mathematicus dum est  
puer et nullus potest esse physicus  
vel sapiens dum est puer. Quan-  
to igitur facultas aliqua dignior